

DIE XXX. JULII.

B. MANNIS CONF. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátum Mannem, Confessórem tuum, dispositióne mirábili in viam perfectiõnis traduxísti & eádem misericórdiæ grátia dírige actus nostros : ut possímus quærere quod jubes & et ássequi quod promíttis : Per.

In j. Vesperis Memoria SS. Abdon et Sennen Martyrum.

Oratio.

DEUS, qui sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósium munus grátiae contulísti & dáfamulis tuis suórum véniam peccatórum : ut Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis & ab ómnibus mereántur adversitátibus liberári : Per.

DIE XXXI. JULII.

S. IGNATHI CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui, ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsidio militántem Ecclesiám roborásti : concéde ut ejus auxílio et imitatióne certántes in terris & coronári cum ipso mereámur in cælis : Per.

In j. Vesperis Memoria S. Germani Episcopi et Confess.

Oratio.

EXAUDI, quæsumus Dómine, preces nostras, quas in beáti Germáni, Confessóris tui atque Pontíficis, sollemnitate deférimus : ut qui tibi digne méruit famulári & ejus intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólvas peccátis : Per.

DIE I. AUGUSTI.

S. PETRI AD VINCULA.

DUPLEX.

Quæ hic notata non fuerint dicantur ut in Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, die xxix. Junii, servato modo festi Duplicis.